



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi; Et In Conimbricensi Academia
Sacrarvm Litterarvm Olim Primarii Professoris Emeriti De
Divina Gratia Pars ...**

Continens Libros III. IV. Et V. De Avxiliis Gratiae In Generali, De Avxilio
Svfficiente, Et De Avxilio efficaci Gratiae Dei

Suárez, Francisco

Mogvntiae, 1652

XXXIV. Vtrum concursus praeuius sit separabilis à simultaneo, seu ab
actione causae secundae, & econuerso.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94118)

Inde cōclu-
ditur vix
& 10. dubiū
explari
consequen-
ter possit.

tia ita expedire hæc duo dubia nonum, & deci-
mum, vt consequutio doctrinæ, in tota illa senten-
tia teneatur, faciliusque (vt ego opinor) id heret
ponendo illum concursum tanquam conditionem
puram, sine qua non, vt in principio huius con-
trouerſiæ à multis illius partis defensoribus doce-
ri audiui, & interdum expertus sum. Quia verò
postea efficaciter ostensum est, talem conditionem
sine efficacia per se, esse voluntariè assertam, neque
explicari posse quid sit, aut cur sit necessaria, vt
paulò antea declarauimus, ideo posteriores illius præ-
uij concursus defensores in aliam sententiam de
causalitate per se inclinaverunt. Verumtamen ne
sufficiantiam virtutem causarum secundarum, vel
aliorum auxiliorum gratiæ negare videantur, co-
acti sunt simul dicere tale auxilium præuium esse
principium per se actionis causæ secundæ, & ipsi
causæ secundæ, inhaerens prius naturæ, quam ope-
retur, esseque necessarium ad actionem, & nihil-
ominus non esse actum primum, nec complemen-
tum eius, neque ad actum primum pertinere, sed
potius ad actum secundum, ac demum illi con-
cursui præui attribueret ea, quæ concursus simulta-
neus propria sunt. quæ omnia, iudicio meo, diffi-
cultatem, & obscuritatem doctrinæ, ne dicam et-
iam repugnantiam ostendunt, vt ex sequenti ca-
pite amplius difficultas patebit.

CAPVT XXXIV.

*Virum concursus præuius sit separabilis à simulta-
neo, seu ab actione causæ secundæ,
& e converso.*

Questio hæc ex hypothesi procedit, sicut alias
quas de hoc concursu tractauimus, & duo alia
coninet dubia. Primum, & in ordine vndecimum
sit, an concursus iste præuius sit in re ipsa & dura-
tione separabilis ab actione, & effectu causæ se-
cundæ, vel, quod perinde est, à concursu simulta-
neo. quæ interrogatio non habet locum in illa sen-
tentia, si intelligatur ex natura rei tantum, seu de
potentia ordinaria Dei. Omnes enim eius asserto-
res pro cōperto habent non posse separari, quia talis
conkursus est auxilium naturæ suæ efficacis, id est,
efficacior faciens causam secundam operari, & pro-
pter alias rationes, quas nunc subiiciam. Intelligit-
ur ergo questio de potentia Dei absoluta. Et in
hoc etiam sensu dicti authores docent non posse
tale auxilium dari in re sine effectu, & actione cau-
sæ secundæ. Ita docet maximè de auxilio efficaci
diuina gratiæ Alvarez disp. 83. cum alijs quæ ibi
allegat: vnde cum ibidem doceat eadem propor-
tione loquendum esse de illo auxilio efficaci, qua
de generali concursu præui, idem sine dubio de
isto sentit, vt satis etiam expressit disp. 19. conf. 3.
ration. 1. latius & expressius idem tradit Ledesma
dicta q. vnica art. 3. ad 7. & art. 13. ad 6. & sæpè alias.

Ledesma.

Qui authores consequenter loquuntur: nam si
aliquando vel semel posset concursus præuius se-
parari à concomitante, posset manere in potentia
ad agendum, & consequenter iuxta illorum prin-
cipia indigeret alia præiua motione, & posset postea
de potentia in actum reduci, & sic haberet locum
processus in infinitum, & alia argumenta supra
facta. Ipsam autem separationem, seu repugnan-
tiam his rationibus suadent. Prima, quia impossi-
bile est causam secundam actu moueri à Deo, & ip-
sam non actu operari, ex D. Thoma 1. 2. q. 112. art. 3.
& 2. 2. q. 24. art. 11. Deus autem per concursum
præuium mouet causam secundam efficaciter ad

operandum, ergo impossibile est non operari; ergo
impossibile est non recipere simul tempore au-
xilium simultaneum. Secundò, quia ille concursus
præuius semper datur ex voluntate efficaci Dei,
quod causa secundam operetur; sed stante illa vo-
luntate Dei impossibile est non sequi effectum, ne-
mo est enim qui voluntati eius possit resistere, vt
dicitur Luther c. 3. Ergo. Tertiò, quia Deus est mo-
uens infinite virtutis; ergo si efficaciter mouet
causam secundam vt operetur, etiam infallibiliter
illa mouetur, & operatur: sed Deus efficaciter mo-
uet per illum concursum præuium; ergo. Quarto
non potest Deus velle dare concursum simulta-
neum sine operatione causæ secundæ; ergo neque
præuium. Probatur consequentia, quia vterque est
verus concursus, vt ipsum nomen præ se fert, &
conkursus intelligi non potest sine alterius cursu.

Nihilominus aliqui etiam ex discipulis D. Tho-
mæ, vt Ledesma supra refert, dixerunt de potentia
absoluta posse præuiam motionem imprimi à Deo
causæ secundæ, & simul impediri ne sequatur actio
eiusdem causæ secundæ. quæ quidem sententia si
per se consideretur rationabiliter, videtur ha-
bere minorem de eorum consequutionem, ac ubi
inde ex vtriusque simul sumpta ostenditur con-
cursum illum præuium, vel superfluum esse, vel multa
repugnantia inuoluere. Probatur ergo primò hæc
sententia absolute sumpta; quia concursus præ-
uius realiter distinguitur ab actione causæ se-
cundæ, & a concursu simultaneo, vt supra ostensum
est, & concursus præuius est prior natura, & inde-
pendens ab actione causæ secundæ, in his enim que
realiter distinguuntur non implicat prius separari
à posteriori à quo non pendet; ergo in præui non
repugnat, quæ iam motionem separari ab actione
causæ secundæ, seu concursu simultaneo.

Reliquè Ledesma negando minorem, quia
species, cunctæ diuinitate inseparabiles sunt, vt ma-
teria a forma, & ratio a fundamento, totum a par-
te, & actio a virtute, nec autem exempla, & patrum
probabilia sunt, & multis non sunt similia. Ma-
teria autem naturaliter separari potest a qualibet
determinata forma, & præterea materia pendet in
suo esse a forma, & sub ea ratione est natura po-
sterior. Hic autem concursus præuius est simpliciter
prior, & nullo modo pendens ab actione crea-
turæ, præterquam quod longè probabilius est de ab-
soluta potentia p. si. materiam sine vlla forma
conseruari. Relationem autem probabile non est,
realiter à fundamento distingui, vique tanquam
rem a re, & h quo modo distinguatur in re ipsa, sa-
tis est, quod fundamentum possit remanere sine
relatione, licet non conuertatur, quia fundamen-
tum est prius relatione, & independens ab illa,
non è conuerso. Nos autem in argumento solum
sum, si prius posset manere sine posteriori, à
quo, & non pendet, & realiter distinguitur. Simi-
liter impossibile profecto est exemplum de toto,
& partibus simul sumptis, cum certissimum sit, &
non diuigi realiter, & à singulis essentialiter
pendere. De actione autem vitali nobis sufficit,
quod potentia vitalis potest manere actu, illa enim
est prior, & independens ab actione sua. Ultra hoc
etiam est probabilius entitatem ipsam actus vitalis
posse conseruari à Deo sine potentia vitali, etiam si
sub illo modo actionis vitalis non possit esse sine
influxu vitalis potentie, quia sub ea ratione ea
essentialiter pender, quod non repugnat principio
assumpto in discursu proposito. Denique in vici-
mo exemplo falsum est, dicere, & verbum distin-
gui realiter, quia solum distinguuntur sicut actus
& terminus. Non oportet ergo exemplis vel falsis,
vel

vel dubijs vti, ſed ratione: illud autem principium eſt per ſe maxime conſentaneum rationi; nam ſola identitas rei, vel dependentia videntur poſſe obſtare ſeparationi vnius ab alio: vnde qui negauerit Deo potentiam conſeruandi, vel faciendi, ſeu ſeparandi vnam rem ab alia realiter diſtincta, à qua ex natura ſua non pender, oportet vt ſpecialem aliam rationem repugnantiam oſtendat, aliàs per ſe rem dicat incredibilem.

Secundò hoc ſpecialiter oſtenditur in præſenti materia, quia licet denus concurſum præuium natura ſua eſſe determinatum ad coniungendam cauſam ſecundam actioni ſuæ influendo efficaciter in ipſam actionem, & ideo naturaliter non ſeparari ab illa; nihilominus non poteſt illam actionem efficere ſine nouo concurſu Dei concomitante, & in ipſa actione creaturæ imbibito: poteſt autem Deus dare concurſum præuium, & negare concurſum concomitantem; ergo hoc modo poteſt ſeparare concurſum præuium à concomitante, & conſequenter ab actione cauſæ ſecundæ. In Maiori omnes conuenimus, vt ſuprà viſum eſt. Minor autem probatur, quia illi duo concurſus in re ipſa diſtincti ſunt, ſi dantur, vt ſuprà eſt probatum & non minus liberè Deus præbet concurſum concomitantem, poſtquam dedit præuium, quàm ipſum præuium; ergo licet hoc præſtet, poteſt alterum pro ſua libertate ſuſpendere, & ſic priorem à poſteriori ſeparare. Quis enim audeat dicere voluntatem Dei eo ipſo quòd præuium concurſum præbet neceſſitati, vt velit etiam concomitantem dare? Perinde enim eſt ac ſi dicatur, concurſum præuium non ſolam cauſam, vel voluntatem creaturæ determinare ad agendum, ſeu volendum, ſed etiam voluntatem diuinam determinare ad agendum illi, quod per ſe incredibile, & valde contrarium rationi videtur. Dicitur, voluntatem Dei non determinari à creato concurſu præuium, ſed eo ipſo quòd ipſa ſe determinat ad dandum illum, neceſſariò etiam determinari ad dandum ſubſequentem, ſeu ſimultaneum. At quæ ratio huius neceſſariæ connexionis reddi poteſt? nam prior voluntas dandi concurſum præuium poteſt habere totum ſuum effectum ſine alia voluntate dandi concurſum concomitantem; ergo poteſt Deus pro ſua libertate habere priorem voluntatem, ſeu determinationem ſine altera, alioqui eadem ratione dicere quis poſſet, non poſſe Deum dare lumen gloriæ ſine viſione beata, vel vniõnem hypostatice, ſine gratia, & ſimilia, in quibus ſimilis connexio voluntariè affirmari poteſt, ſi abſque alia ratione licet diuinæ voluntati ſimilem neceſſitatem attribuire.

Tertiò hæc pars ſuadet ſoluendo motiua alterius partis, & ſupponendo illud principium diuinæ poteſtati, & libertati non poſſe negare quidquid non oſtenditur repugnare: nam rationes illæ nullam repugnantiam oſtendunt, ſupponunt enim ſine ratione, & probatione id, ex quo repugnantia poſſet oriri. In prima enim ratione cum dicitur impoſſibile eſſe Deum mouere cauſam ſecundam ad operandum, & illam non moueri, & operari, hæc propositio intellecta de concurſu præuium vera eſt quoad vnā partem, & falſa, quoad aliam, ſuppoſita diſtinctione reali inter concurſum præuium, & operationem creaturæ; mouere enim actus, & moueri ſunt quaſi correlatiua, & ideo cum proportione ſumpra ſeparari non poſſunt, quia nec in re ſunt diſtincta, niſi tantum habitudine, ſicut caleſcere, & caleſcere, & ideo non poteſt ignis actus caleſcere, quin aliquid actus caleſcat, ſic ergo ſi Deus mouet cauſam ſecundam influendo in illam concurſum præuium, impoſſibile eſt illam non moueri, ſeu mutari recipiendo illum. Quoad hanc

Fr. Suarez de Gratia Pars II.

ergo partem verum eſt, non poſſe Deum mouere cauſam ſecundam, & illam non moueri, quoad alteram verò de operatione malè inferitur, & ſine connexionem, poteſt enim creatura actus moueri à Deo ad operandum, & nihilominus actus non operari, quia Deus cum illa etiam iam mota non vult ad operationem concurrere.

Vnde oportet, attentè conſiderare, non eſſe idem mouere creaturam ad operationem, & formaliter facere illam operantem, quæ duo videntur ſepe confundi à dictis authoribus, & tamquam idem reputari, & ideo ſæpè æquiuocè argumentari. Sunt ergo valde diuerſa; nam per concurſum præuium non conſtituitur cauſa ſecunda formaliter operans: nam hoc habet formaliter ab operatione actuali, quæ eſt diſtincta à concurſu præuium, & poſterior illo. Eſt autem illa operatio quaſi ſinis propter quem datur ille concurſus, & quia ex tali concurſu infallibiliter ſequitur, naturaliter loquendo ideo dicitur rectè cauſa ſecunda moueri per illum concurſum ad operationem, tanquam ad finem, ſeu terminum remotum, etiamſi ab illo poſſit per Dei potentiam ſeparari. Ad argumentum ergo in forma reſpondetur, negando conſequentiam, quia licet Deus moueat efficaciter ad operandum dando auxilium de ſe, & natura ſua efficax, poteſt cauſa ſecunda non operari ex defectu concurſus concomitantis, quem Deus negare poteſt, licet illum priorem tribuat, & ita poteſt etiam facere, vt concurſus per ſe efficax actus non faciat, quia non eſt ita de ſe efficax vt in actuali operatione à nouo concurſu ſimultaneo non pendeat. Teſtimonia autem D. Thomæ ibi allegata non ſunt ad rem, vt ſtatim dicam.

Ad ſecundum cūm dicitur concurſum præuium procedere ex voluntate Dei abſoluta, & efficaci operationis creaturæ, id eſt verum de facto, vel ad ſummum ſecundum naturam talis auxilij, ac proinde de potentia ordinaria: ſi autem intelligatur de potentia abſoluta, ſine fundamento dicitur, & ideo facile negatur. Nam ille concurſus præuius pro vt ab illis ponitur, eſt effectus diuinæ voluntatis diſtinctus ab operatione creaturæ. Nec enim neceſſarium eſt vt volitio talis concurſus ſit quaſi electio medijs propter operationem creaturæ tanquam propter finem efficaciter intentum: poteſt enim Deus propter alias rationes prouidentie ſue velle efficaciter illum curſum ſine operatione, ad oſtenſionem potentie, & liberæ voluntatis ſuæ, ſicut poteſt velle lucem Solis, & efficaciter eius in actu primo, illuminationem eius nolle.

Ad tertium argumentum eadem ſerè eſt reſponſio: nam Deus quod abſolutè vult, ſua infinita potentia efficaciter facit; poteſt autem velle efficaciter dare præuiam motionem de ſe efficacem operationis cauſæ ſecundæ, nihilominus non velle efficaciter: imò efficaciter nolle operationem cauſæ ſecundæ, quæ res diſtincta, & diſtinctus effectus eſt. Vnde poteſt retorqueri argumentum: nam infinita Dei potentia facit quod vult, ſed poteſt velle illum concurſum ſine operatione eius, ſine cauſæ ſecundæ; ergo ita facit, & vnū ab alio ſeparabit. Et ex his etiam reſponſum eſt ad loca D. Thomæ ibi allegata, nam in illis locis ſolū dicit, ſi ex intentione Dei mouentis eſt vt homo, cuius cor mouet, gratiam conſequatur, tunc ad loca infallibiliter illam conſequitur. Loquitur autem de intentione efficaci, & abſoluta, & prædeſtinatiua, vt paulo ante authoritatem Auguſtini explicauerat, & ita conditionalis & euidentis, ſed ad rem nihil facit, quia dicimus fieri poſſe vt Deus moueat per concurſum præuium, & non ex intentione efficaci operationis eius, ſeu cauſæ ſecundæ. Adde etiam D. Thomam ibi non loqui

loqui de concursu prauio, sed de motione cordis per gratiam excitantem, ut constat ex testimonio Ioannis 6. quod adducit, *omnis qui audiuit à Patre, & didicit, &c.* audire enim, & discere à Patre fit per internam inspirationem, & doctrinam, & per gratiam congruam vocationis, ut Augustinus saepe exponit: illa autem sunt per motiones gratiae excitantis, & nihilominus etiam de illa motione verum est, si à Deo detur ex intentione conuertendi hominem, infallibiliter conuerti, quamuis possit talis motio dari, & non ex tali intentione, & tunc carere operatione. Sic ergo in praesenti dicimus hac tantum obseruata differentia, quod motio gratiae excitantis saepe datur, & non ex intentione efficiaci: concursus autem prauius nunquam sic datur, potest tamen de absoluta potentia ita dari, ut explicui.

10.
Solutur 4.
argumen-
tum n. 2.
allatum.

Ad quartum de aequiparatione cum concursu simultaneo negatur consequentia, quia concursus simultaneus non est res distincta ab actione creaturae, nec est prior illa proprio ordine causalitatis, ut supra ostensum est, & ideo non est similis ratio: ponderatio autem nominis concursus parui momenti est. nam facile dici possit, illud auxilium prauum, si datur, non appellari proprie concursum, sed motionem, aut qualitatem quasi transiuentem: nam particula *con*, similitudinem quandam plurium concurrentium indicat, quae similitudo non est necessaria ut illa motio praua in rerum natura fiat, & ex illa denominatur autem concursus ex subsequenti operatione, in quam simul cum causa secunda influit, & ideo potest de potentia absoluta maiori generali determinatione quasi actuali, nam illa motio posita in causa secunda non operante, non concurreret cum illa, atque ita non denominabitur concursus ab actu, posset tamen denominari concursus a proutudine, & connexionem naturali, si Dei influentia non desit.

11.
Sententia
affirmans
3. relata, est
probabilior
non tamen
bene uetur
necessitate
huius con-
curus.

Hec ergo sententia supposita talis concursus longè probabilior mihi videtur, per se, ac simpliciter spectata, parum vero apta est ad defendendam sententiam de necessitate huius prauij concursus, quam nunc explicamus. Nam ex illa sequi bene uetur entitatem huius concursus in ordine ad actionem causae secundae, & ad suum influxum in illam potentialem esse, id est, non esse essentialiter in actu secundo, sed posse esse in potentia ad agendum. Ex quo, ut dicebam, sequitur, vel indigere prauia motione, ut exeat de potentia in actum, & sic procedit in infinitum, vel alias facultates causarum naturalium posse reduci de potentia in actum sine prauia motione cum solo simultaneo concursu. Responderi autem potest assignando discrimen, quia facultates intrinsecas causarum secundarum naturaliter possunt separari ab actu, & manere in potentia; haec uero praemotio non nisi supernaturaliter, & per miraculum, & hoc satis esse, ut illae indigeant praemotione, qua reducuntur de potentia in actum secundum; haec uero illa non indigeat, sed per seipsam in actum reducatur eo ipso, quod Deus suum concursum simultaneum prebet: sed hoc reuera non satisfacit, tum quia etiam causae secundae naturales, id est, non libere non possunt naturaliter esse tantum in potentia, si supponantur omnia habere requisita ad agendum; tum etiam, quia si semel intelligimus aliquid quod est in potentia ad agendum, possere reduci in actum per hoc solum, quod Deus prebeat concursum concomitantem, eneruatur omnino fundamentum quo illa prauia motio necessaria reputatur, quae ratio in sequentibus magis videbitur.

12.

Aliud, seu duodecimum dubium est, an de po-

tentia absoluta possit Deus dare simultaneum concursum causae secundae, sine prauio influxu in causam, quod est querere, an sit tanta necessitas, huius concursus prauij, ut non possit Deus de sua absoluta potentia, vel fecere creaturam, quae sine illo operetur cum solo concursu simultaneo, vel nunc in causis iam creatis illum supplere, vel virtute increata, vel augendo concursum simultaneum, quod non inuenio in dubium reuocatum ab illius sententiae defensoribus, non certe ob aliam causam, nisi quia pro comperto habent non posse fieri, nam si posset, fundamenta omnia illius sententiae funditus euerterentur; si enim id posset fieri, supponamus factum: uide ergo probari poterit illum modum operandi esse miraculosum, vel non ita operari nunc omnes causas secundas? Nam si Deus posset virtute sua increata ita concurrere simul cum sole ut illuminet sine prauia motione, cur non diceretur ita uocari, & illum modum concurrendi cum sole esse connaturaliter illi debitum? Ita si posset causa creata in aliquo casu ita agere sine prauio concursu, ergo sine illo posset saluari essentialis dependentia in agendo causae secundae à prima. Atque ita ruit fundamentum illius sententiae. Consequenter ergo in illa loquendo, necessariò fatendum est alium modum concurrendi Dei cum causa secunda sine prauio concursu per solum simultaneum implicare contradictionem.

Haec autem ipsa assertio non caret magna difficultate, suppositis alijs conditionibus illius concursus, quas per necessarias illationes sequi ostendimus. Ostendimus enim esse entitatem creatam, & non esse tantum conditionem, sine qua non ageret causa secunda, sed esse principium per se influens in actionem causae secundae, nec posse alio titulo esse necessariam, nisi propter humiliori influxum. Hinc ergo argumentamur. Non implicare contradictionem Deum per seipsam facere quiddam facit per entitatem creatam, si sola ratio efficietiae spectetur. Ergo potest Deus supplere sua virtute totam efficietiam illius entitatis, seu motionis: supplendo autem efficietiam, supplet totam necessitatem eius, ergo simpliciter potest sua virtute facere quiddam necessarium est, ut causa secunda operetur, supponendo tantum in causa secunda solam intrinsecam virtutem agendi in suo ordine. Atque haec ratio urget maxime aduersus eos, qui dicunt illum prauum concursum per se non requiri, ut actuet quasi formaliter ipsam causam secundam, quia non est actus primus, nec complementum actus primi ex parte causae secundae, sed tantum virtus instrumentaria Dei. Nam hoc posito nulla probabilis ratio reddi potest, cur non possit per suam principalem, & infinitam virtutem facere quiddam per illud instrumentum facit.

Dicent fortasse, causam secundam applicari ad agendum per illum concursum, & non posse a Regula gere nisi applicatam, nec posse applicari, nisi per se aliquid inharens: id eo quod non possit Deum supplere hunc concursum, quia est necessarius non solum propter efficietiam, sed etiam propter id quod formaliter causae secundae praebet. At hoc non constat cum alijs dictis illius sententiae, nam iuxta hoc responsum necessarius est hic concursus ut quidam formalis actus causae secundae; ergo ut actus primus, quia ponitur ab eis ut prior actu secundo, & nominatione causae secundae. Cum ergo alias negent concursum hunc requiri in ratione actus primi, non possunt consequenter dicere requiri propter suam causalitatem formalem. Deinde illa applicatio causae secundae actionem ipsam nulla est, quae possit fieri formaliter.

liter pertalem concursum, vt supra probauimus, solum ergo applicat causam secundam ad actionem suam efficaciter ad eum modum, quo dici potest grauitas applicare lapidem ad motum; ergo ex parte applicationis nihil est, quod per formam inhaerentem necessarii agendum sit. Alioqui etiam seculi efficiencia per se posset ille concursus intelligi necessarius vt mera conditio sine qua non; quod si praeimprobatur est, & ab aliis etiam authoribus non admittitur.

Deinde quod de motione dicitur, quaedam petitio principij est, nam causa secunda non praemouetur a prima, vt generaliter concurrente nisi per hunc concursum praeuium, vt ipsi dicunt; ergo causam secundam praemoueri a prima, nihil aliud est, quam recipere ab illa hunc influxum, seu concursum; ergo dum dicitur ideo esse necessarium hunc concursum in illa recipi, quia necessarium est illam praemoueri, idem per idem declaratur, & assertio ipsa pro ratione alius verbis redditur. Hoc est quidem quod inquirimus, cur tam necessarium sit causam secundam praemoueri a prima; vnde illud illud ad operandum, quod media illa praemouere recipit, non possit ab ipso Deo immediate recipere, maxime quando in causa secunda supponitur propria virtus actiua talis effectus in suo genere sufficiens, vt praedicti authores, & omnes recte sentientes admittunt. Haec ergo sunt quae huius sententiae difficultatem generant ostendunt, & ad illius sensum explicandum nobis visa sunt necessaria.

CAPVT XXXV.

Proponitur altera sententia, quae docet generalem concursum Dei esse influxum in effectum, & imbibitum in actione causae secundae: influxum autem in causam per se, & ex vi generalis concursus necessarium non esse.

QUAE haecenus tractauimus ostendunt quidem quam sit obscura, & intellectu difficilis sententia postulans huiusmodi concursum praeuium, seu influxum in causam; & quia necessitas eius nullo sufficienti medio suaderi videtur, ideo communiter Theologorum opinio indicauit talem influxum in causam ex vi generalis dependentiae causae secundae a prima in agendo non esse necessarium. Attente autem consideranda sunt illa verba, praeculis habenda ex vi generalis dependentiae, quia non negant Theologi, imo pro certo supponunt, Deum influere variis modis in ipsas causas secundas vt agere possint, praesertim quando ex se non habent virtutem propriam sufficientem ad aliquem effectum: at vero quando causa supponitur habens vires intrinsecas sufficientes in genere causae primae, tunc aiunt solum indigere concursu simultaneo, & imbibito in actione causae secundae; nouum autem influxum praeuium in causam necessarium non esse: vnde cum eadem proportionem in concursu gratiae philosophantur.

Haec ergo opinio sic exposita sumitur ex Bonauenturae 2. disputatione 37. articulo 1. quaest. 11. vbi quaeritur, an omnis actio creaturae secundum quod actio est, sit a Deo? & respondet afirmando, & rationem reddit, quia nihil quantumcumque parum, dummodo aliquid sitens, & procedit a causa creata, nisi cooperante Deo, quia Deus est

Fr. Suarez de Gratia Pars II.

primordialis causa omnis entis, & ideo eius influentia est maxima, & ad omnia se extendit, & potentia creaturae est imperfecta; & nihil potest agere nisi adiuvante illa potentia, quae est actus purus. in quo toto discursu solum discursum concomitantem requirit. In solutione vero ad penultimum addit, hunc concursum Dei talem esse, vt tota operatio voluntatis sit ab ipsa voluntate, & etiam tota sit a Deo quia Deus (ait) intus agit in omni actione; & intus est ipsi potentia operanti, ita quod a potentia ipsa nihil exit, quod non sit ab ipso. per quae verba solum requiritur ad generalem Dei concursum intrinsecum imbibitum in actione creaturae, quatenus simul, & immediate est ab ipso Deo. quod euidentius declarat in solutione ad ultimum, in quo obiecerat, quod si actio voluntatis est a Deo, erit ab illo vt principali motore, & consequenter Deus concurret excitando, & mouendo voluntatem hominis. Respondetur autem concedendo assumptum; nimirum Deum concurrere, vt principale mouens in tali actione, & negando illationem, nimirum Deum concurrere excitando, aut praemouendo, utique ex vi generalis concursus causae primae, excitatio (ait) pertinet ad aliquem effectum gratia praueinentem ipsam voluntatem, quae requiritur in bonis meritoriis, & non aliis, in quibus (ait) non est nisi sola cooperatio diuina virtutis, quae existens in creatura, essentialiter, & praesentialiter, sicut conseruat eam in essendo, sic adiuvat in operando, propter quod conceditur ibi esse cooperatio, non praesentio, vel subiectio. profecto nihil clarius dici poterat.

Secundo tenet eandem sententiam Scotus in 4. dist. 1. q. 1. ad ultimum. in argumento hoc sumperat Scotus 2. principium: Causa secunda plus potest in virtute causae primae, quam in virtute propria, alioqui non dependeret essentialiter in causando. Respondens autem sic ait, Agens dependens ab alio dicitur agere in virtute alterius, quia virtus agentis dependentis non sufficit sine illa virtute a qua dependet. Et infra iterum, Causam (inquit) secundam, quae habet virtutem in esse quieto, agere in virtute alterius, non est recipere tum aliquid ab illo altero, sed tantum habere ordinem inferiorem ad illud alterum agens in suo ordine simul. Et in hoc distinguit causam secundam a proprio instrumento; dicens: Sed instrumentum, id est, recipiens formam actiuam in motione agere in virtute alterius est, tunc actualiter accipere formam ab eo per quam agit. Vnde sic concludit. Et ex hoc patet quod causa prima in causam secundam proprie dictam, quando simul agunt, non est influentia noua, quae sit creatio alicuius inhaerentis causae secundae, sed ibi est determinatus ordo istarum causarum in agendo effectum communem. Ac tandem respondendo ad principium in argumento sumptum, sic illud exponit. Verum est quod causa secunda plus potest in virtute alterius, quam propria, supple (ait) sola praesenscendendo virtutem alterius, quia virtus eius est diminuta, & subordinata alterius virtuti, itaque sine illa altera virtute agente virtus eius non potest in effectum. Haec Scotus, quibus non solum dictam sententiam expresse afirmit, sed etiam accuratissime illam explicat, & omnia fundamenta contrariae sententiae vnico ferè verbo euertit. Eandemque doctrinam optime confirmat & exponit in 2. dist. 37. q. vnic. §. Ad solutionem, quem locum infra cap. latius expendam.

Tertio tenet eandem sententiam Gabriel in 2. dist. 37. quaest. vnic. art. 1. ad argumenta de prima via, vbi eodem modo explicat subordinationem, Gabrielem & dependentiam essentialem voluntatis humanae a diuina in causando actum suum, quo Scotus illam exposuit, dicens, In hoc est ordo essentialis, quod voluntas creata non potest elucere actum non concurrere prima coefferendo, licet non e conuerso, & in hoc essentialiter subordinatur prima causa: nec sic mouetur a prima causa